

(3)

SYMBOLVM FIDEI

IVDAEORVM. E R. MOSE


AEGYPTIO.

PRÆCATIONES ~~E~~ ORVNDEM
pro defunctis, è lib. Mahzor.

ALIÆ, IN QVIBVS COMMEMORATIO-
nem suorum Diuorum faciunt. Aliæ pro his, qui despon-
dentur & coniugantur, è Breuiario
Hebræorum.

Sexcenta tredicim Legis præcepta More Nebuchim.

INTERPRETE G. GENEBRARDI
Theologo Parisenſi.



L V G D V N I,
Apud Ioannem Pillehotte sub signo nominis Iesu.
M. D. XC X.

esta corregido conforme al expurgat° de 1632.
a 26 de Noviembre del quinto año.

SYMBOLVM FIDEI
IVDAEORVM E' R. MOSE
AEgyptio.

PRÆCATIONES E ORVNDEM
pro defunctis, è lib. Mahzor.

ALIÆ, IN QVIBVS COMMEMORATIO-
nem suorum Diuorum faciunt. Aliæ pro his, qui despon-
dentur & coniugantur, è Breuiario
Hebræorum.

Sexenta tredecim Legis præcepta, è More Nebuchim.

INTERPRETE G. GENEBRARDO
Theologo Parisiensi.



L V G D V N I,
Apud Ioannem Pillehotte sub signo nominis I E S V.
M. D. X C I X.

*esta corregido conforme al expurgat° de 1632.
a 26 de setiembre del mismo año.*

D. IACOBO AMIOTO

MAGNO REGIS ELEEMOSY-
NARIO, ET D. CORNELII COE-
NOBIARCHAE G. GENEBRARDVS
THEOLOGVS PARISIENSIS.
S. D.

NIVERTENDIS antique Sionis lapidibus, rutiique cæsis,
Amiote literatorum princeps clarissime, multa reperire so-
leo, quæ non solum veterum patrem fidem in memoriam
reuocant, sed etiam recentis Ecclesiae qualemcumque pectu-
ram in illius populo, etiam num hodie, supereesse ostendunt
Quemadmodum autem in magnis superbarum adiūtum.
ruinis marmor, ac aliquid simile sepe effoditur, quod nos
veteris præstantia commonet & insuper ad recentium stru-
cturarum decus atque ornamentum facit, aut quemadmodum ex animantium vilis-
simorum stercoribus sapè leguntur gemma, quæ in aureorum annulorum palas immissa
splendorem oculis iucundissimum afferunt: sic quod ex corrupta synagogæ reliquijs erui-
tur Patriarcharum incorruptam religionem adhuc spirans mihi videtur Ecclesiam
& exornare & ad primam suam lucem deducere. Quid commoditatis aliij inde percipiunt,
ariolari non possum. Ego certè ad me inde sentio uberem fructum manare, siue
ut antiquitatis ultima pleniorum cognitionem teneam, siue, ut recentiorum temporū
seriem, id est, originem & progressum obseruem, & suauem voluptatem redundare,
quod in ipsorum sensis, ritibus, mysterijs, cultu, doctrina, quam in speculis, expressam
meam fidem introspiciam, ac eam ab ultimis quibusque temporibus perpetuato secul-
lorum ordine repetam, ne mihi temere pro cuiusvis arbitratu conficta excogitatāq; ap-
pareat. Quod utinam possem tam facile indicare in vulgus, emiſſis in omnium ma-
nus, qui ad id argumentum pertinent, Hebraorum libris, quam celeriter unum aut
alterum exemplar proferre, indeq; probare multa putari recentia & à nostris homi-
nibus inuenta, quæ tamen aliunde ac longè altius habeant principium. Sed hac fuit
temporum calamitas, hac perturbati regni miseria, ut, rebus propter clades intestinas
in ancipiis positis, exhaustisq; in sumptum aliorum negotiorum marsupijs, neque boni
libri, præsertimque Hebraici, ubiuis prælo cudi, neque animi Piorum, qui in ipsis ali-
quid vident, ad illos interpretandos adhuc adjici quieverint. Interē autem, quò ali-
quos ad id officij Reipublicæ Christianæ præstandum reuocemus, quò aliquos ad hæc
literarum studia, rei utilitate & iucunditate proposita excitemus, exiguum quoddam
prægustamentum hoc loco apponere institui, quod nec librarios magnis sumptibus gra-
uet, nec lectoribus ciuilium motuum pertasis & alio non facile mentem convertentibus,

operis prolixitate, fastidium procreet. In eo contemplabuntur praeclaros fidei articulos Iudaeis nobiscum esse communes, Messiae aduentum, per quem ad nos omnium bonorum illias adueheretur, qui & cardo semper extaret omnis diuinæ religionis, fuisse numeratum in ipsorum symbolo, spem sempiternæ beatitudinis populo Domini semper fuisse pro salutis capitc propositam. Perspiciens in solennibus ipsorum sacris usurpari, quæ à Munstero & consimilis metalli hominibus, ut eneruent librorum de Machabœorum gestis veritatem, ut receptam Ecclesie de orando pro mortuis consuetudinem infirmant, malignè assuerantur nunquam in hunc usque diem fuisse apud ipsos usitata. Considerabunt in publicis precibus Diuorum commemorationem fieri, compluraq; alia, quæ à priscis seculis, continuata quadam doctrinæ successione, Iudeorum animis inhabuisse non dubitabit is, qui ipsos reminiscetur semper retinentissimos extitisse aitaurum traditionum, Id vero quicquid est, vir sapientissime, tuo inter bonos & doctos præclaro nomini dicare volui, quod et si mea etiam existimatione, exiguum sit, huiusmodi tamen studijs delectari te sciam, soleasque per humanè suscipere, quæ tu & magnitudini in quois literarum genere offeruntur, quarum te esse cultorem præcipuum & patronum singularem omnes tum gaudemus, tum singulari Dei beneficio ducimus. De more igitur tuo, placide vigiliolam nostram. Accipito, ac animum pictura pasce vetusta.



l. ing. 19. li. 3. Iosephi Hebraici.
sæculi, qui creas fructum vitis.

Benedictus es Domine Deus noster, ex sæculi, qui sanctos reddidisti nos præcepisti, ac iussisti ut attenderemus ad nefandos concubitus, nobis prohibitos despontatas, permittens autem aqua in matrimonium interuenienti thoracis genialis & consecrati omni coniugalium. Benedictus es Domine, qui sanctum efficas Israelem per thalamum nuptialem & consecrationes conjugales.

Hoc recitato prograſta, dnde p[ro]p[ri]o dicemus sponſo & ſponſa.

Penditio nuptiarum.

Exhortationes proprieſtes q[uo]d sumit calicem & Ora. Qui creas fructum vitis, ac emere subicit.

Benedictus es Domine Deus noster, ex sæculi, cui uniuersa in gloriam tu condidisti.

Benedictus es Domine Deus noster, ex sæculi, cui formasti hominem.

Benedictus es Domine Deus noster, ex sæculi, cui formauit hominem ad imaginem suam, ad imaginem similitudinis exemplaris sui, indeque ei adaptavit ad fidicium, utque in perpetuum. Benedictus es Domine, qui illum formasti.

Vehementer lætabitur & exultabit sterilis, dum apud ipsam canit gaudio colligentis filij ipsius. Benedictus es Domine, qui letitia afficit Sionem in aliis.

Oblectabiliter socios dilectorum perinde latitudo, & fedisti & opificum tuum

l. ing. 19. li. 3. Iosephi Hebraici.
Luti & predicationum ex parte, Daniellem & socios suis in memoriam recordantes.

Quæ figmentum meum admisit è memoria expunge, in recordationem autem inducit obsecro (Mardochæum) filium Cis & Hederis.

Capitalis & iniunctis (peccati) ne memineris, memento autem obsecro, Ex te veriantis in transmigratione,

Peruersitatis commissa in Maagal ne recordaris, recordare vero Oniae, qui p[re]te feso gesit in Maagal.

Prævaricationum & dilectorum ne reminiscatis, reminiscere vero, obsecro, celebrium p[re]uentumque nostrorum.

Superbias, itemque transgressiones negligit, & datum vero singulari-

*cor. Alij. Alij.
m[od]a, v[er]o
de R. Ti-
bō sub fi-
nem 5. 3
physica
pag. 40.
cōtinges
F. Adamū
sta ei E-
ua in cō-
ingem.*

EXCENTA TREDECIM PRÆCEPTA MO-
sis, quorum illorum ad sarcinam populus Iudaicus, & que ad Chri-
stum portare iustus est, è capitibus ultimis operis Mo-
rè Nebuchim, quod olim conscripsit R. Moses
Aegyptius Maiemonis filius.

- b* Offa di
ceret Hip
pocrates,
Gal. Ra
zes, & ui
cenna.
Vide
scholam
ternita
de
et
reli-
ape.
- J** Orum quæ propriè appellantur ii Filii legem Dei doceantur, Deut. 6.
præcepta & versantur circa actio 12. Ligentur Phylacteria inter oculos, Deut.
nem, alia affirmant, alia negant. 6.
Affirmant ducenta quadraginta & octo, quot hominum ^b mēbra
& à medicis numerantur. Negant trecenta sexa-
ginta & quinque qui numerus est èterū anni.
Affirmantia autem sunt hac.
1. Deus esse creditur, Exod. 20.
 2. Eundem esse vnum fide teneatur, Deut. 6.
 3. Deus diligatur toto animo, &c. Deut. 6.
 4. Timeatur, Ibid.
 5. Colatur, adoreturque modis à se præscri-
ptis, Deut. 12.
 6. Et abhæetur, Deut. 10.
 7. Iuretur per nomen ipsius, Deut. 10 & 21.
 8. Incendatur in viis ipsius, Deut. 13.
 9. Sanctificetur nomen eius in medio filio-
rum Israël, Leui. 22.
 10. Sc̄ptum, Audi Israël, Dominus Deus tuus
Deus vñus es, discatur, memoriāque teneatur,
Deut. 6.

- Christi*
*Defacer-
dotū of-
ficio.*
- Deut. 18.
14 Ingessuri Sanctuarium lauent manus &
pedes, Exod. 30.
25 Deo soli sacrificetur, Exod. 22.
26 Liberator expectetur, Num. 24. & Deut.
30.
Sacerdotes tempore ministerij sui current.
27 Ut benedicant populo verbis conceptis,
Num. 6.
28 Ut accendantur lucernæ, Leu. 24.
29 Ut Panes & Thymiana propōnatur co-
ram Domino, super mensam sabbatis, Leuit.
24.
30 Ut adoleat incensum siue Thymiana
quotidie, Exod. 30:39.
31 Ut ignis assidue in altari ardeat, Leuit. 6.
32 Ut cinis ex eodem tollatur, Leui. 6.
33 Ut contaminati expellantur de Templo,
Num. Deut. 23.
34 Omni honore afficiatur genus Aaronis,
Leuit. 21.
35 Sacerdos vestibus sacris induatur tempo-
rē ministerij, Exod. 28:18.
36 Arca portetur humeris sacerdotum, Num.
7. Ios. 3.
37 Sacerdotes, reges Tabernaculum, & vasa
rei diuinæ destinata inungantur Oleo sancto,
Exod. 30:35. 37. 39.
38 Sacerdotes summi ministrent in Sanctua-
rio vice sua, Deut.
39 Diebus autem solennibus omnes pariter,
Deut.
40 Sacrificium iuge bis quotidie, manè sci-
licet & vesperi offeratur, Num. 28.
41 Sacerdotes minores ^a contaminentur
mortuorum suorum funere sicut & populus,
Leuit. 21.
42 Sacerdotes ducat virginem in uxorem, Le-
uit. 21.
43 Sacerdos summus quotidie decimam par-
tem Ephi offerrat, Leu. 6. Deu. 6.
44 Holocaustum quotidianis addatur, diebus
Sabbati, Num. 28.
45 Holocaustum quoque superaddatur Ca-
lendis mensis siue Neomeniis, Nu. 28.
46 Manipulus frugum offeretur ^b altera die
Paschæ, Leui. 23.
47 Superaddatur quotidianis Holocaustum
die Pentecostes, Nu. 8.
48 Duo panes offerantur eodem die, Leuit.
23.
49 Holocaustum ultra quotidiana offeratur
primo die mensis Septembbris, Num. 29.
50 Idem fiat die expiationum, id est, 10. die
Septembbris, Num. 29. Leu. 23.
51 Die expiationum summus Sacerdos to-
tam rem diuinam faciat, prout scriptum est, Le-
uit. 16.
52 In festo Tabernaculorum holocaustum
iugi sacrificio accedat, Nu. 29. Leui. 7 & 23.
53 Idem seruetur octauo die eiusdem festi,
Ibdem.
- a Inter-
fint ipse-
rum fave-
ribus.*
- b 16. die
Nisan.*
- 54 Obseruentur dies festi, Exod. 23.
55 Ter quotannis omnes ad Sanctuarium se-
fistant Domino, Exod. 23.
56 Illos dies festos in lætitia & gaudio tran-
sigant, Deut. 16.
57 Iuguletur agnus die Paschatis, Exod. 12.
Deut. 16.
58 Illius agni carnes edantur decima quinta
nocte Mensis Nisan, Ibid.
59 Contaminati, itemque viatores celebrent
Pascha, 14. die mensis secundi à Nisan siue Mar-
tio, Num. 9.
60 Comedantque carnes agni Paschalis illa
ipsa nocte, Ibid.
61 Clangatur Tubis siue buccinis super ho-
locausta, diebus festis & solennioribus, Num.
10.
62 Vicitia quæ offertur, sit membris inte-
gra, Ibid.
63 In quolibet sacrificio adhibeatur sal, Le-
uit. 2. Num. 18.
65 In holocausto ritus præscriptus seruetur,
Leuit. 1.
66 Item in hostia pro peccato, Leu. 6.
67 Item in hostia pro delicto, Leui. 7.
68 Item in sacrificiis pacificis, Leuit. 3. & 7.
69 Item in hostia laudis, siue gratiarum actionis,
Ibid.
70 Item in hostia pro errato Patris familiæ,
Leuit. 4.
71 Item in oblatione pro errato cuiuslibet
hominis, Ibid.
72 Item in oblatione, quam quis offert cum
dubitat, num admiserit peccatum, cuius cau-
sa debeatur hostia pro peccato, Leuit. 5.
73 Item in oblatione eius, qui per errorem
aliquid sustulit, vel negavit depositum inter-
posito iureirando Leuit. 5.
74 Qui tenuior est, quam ut arietem possit
offerre, offerat duas Turtures vel columbas,
Leuit. 5.
75 Quilibet coram Domino confiteatur
peccatum, quod perpetrauerit, Num. 5. Le-
uit.
76 Qui fluxum patitur litet, postquam mun-
datus fuerit, Leuit. 15.
77 Mulier patiens fluxum idem præstet,
Ibid.
78 Mulier, quæ peperit, ubi purificata fuerit,
offerat, sacrificium, Leu. 12.
79 Leprosus post curationem emundatio-
nemque offerat victimam, Leuit. 14.
80 Ex oibus & vaccis carpantur decimæ,
Leuit. 27.
81 Sacretur omne bestiarum primogenitum,
Deut. 15. Exod. 13:22. Nu. 17.
82 Primogenitum hominis redimatur, Exod
13:24.
83 Redimatur quoque Asellus, Ex. 13.
84 Decolletur Asellus, si cum dominus no-
luerit redimere, Ibid.
85 Vaiuersæ oblationes, quas quis tenetur
- Defaci-
ficiis pol-
lutorum.*
- De rebus
sacratis.*

- offerre partim iure, partim voluntate primo festo, quod euenerit, offerantur, Deut. 12.
86. Omnis generis oblationes offerantur in æde Sanctuarij, Ibid.
87. Omnis generis oblationum, ab iis qui extra terram sanctam degunt, precium deferatur ad ædem Sanctuarij, Deut. 12, 14.
88. Consecrata, quæ virtus affecta sunt, redimatur, ac eis vesci liceat, Deut. 12.
89. Sacretur Deo & id quod mutatum est, & illud, pro quo mutatum est, Leuit. 27.
90. Reliquias oblationum edant Aaronij, Num. 18.
91. Idem vescantur carnibus, hostiarum pro peccato, & pro delicto, Num. 18.
92. Reliquiae sacrificij pacifici clementur, Leuit. 7.
- Nazarens. 93. Carnes consecratæ, si postea contaminentur, igni tradantur, Ibid.
94. Nazarens. toto consecrationis professio- nisque suæ tempore, nec tondeatur, nec rada- tur, Num. 6.
95. Tondeatur autem exacto consecrationis tempore, vel si contaminatio ei acciderit, Ibid.
96. Vota persolvantur, Deut. 23.
97. In fragendis vel laxandis votis habeatur ratio legum, Ibid. Num. 30. Leuit. 27.
98. Quicunque morticinium vel cadaver te- tingerit, immundus esto, Leuit. 11.
99. Cibi his vel illis notis affecti immundos faciant, Ibid.
100. Octo serpentium, reptantium ve genera polluant, Leuit. 11.
101. Quæ menses patitur sit immunda itemque alios immundos constituat, Leuit. 15.
102. Quæ peperit esto immunda, Leuit. 12.
103. Leprosus contaminatus esto & alios contami- net, Leuit. 13.
104. Vir fluxum patiens eodem habeatur loco, Leuit. 15.
105. Similiter & mulier, quæ fluxum patitur, Ibid.
106. Spermatis missio inficiat, Leuit. 15.
107. Aedes plaga affectæ contaminet, Leuit. 14.
108. Mortuus immundos efficiat, Leuit. 15.
- De purifi- 109. Aquæ vitulæ ruffæ contaminatum ex carion- bus. mortuo purifcent, alias polluant, Num. 19.
110. Omne contaminationum genus purif- ficitur aquæ baptismatibus, & Leuit. 13, & 15.
111. Lepra cum hominis, tum ædium mundetur ligno cedriño, hyssopo & cocco, sive vermiculo, Leuit. 14.
112. Lepra infectus planè tondeatur, Leuit. 13.
113. Idem cunctis manifestis esto, Ibid.
114. Vitula ruffa ritu præscripto immoletur.

- Num. 19. 115. Qui votum fecerit, spoderitque Deo animam suam, sub estimatione soluat precium, Leuit. 27.
116. Qui voverit contaminatam pecudem, numeret precium, Ibid.
117. Qui sacrauerit domum, debeat precium pro censura sacerdotis, Ibid.
118. Item qui sacrauerit agrum possessionis suæ, Ibid.
119. Qui comedenter sanctificatum, teneatur precium eius rependere, Leuit. 22.
120. Fructus quarti anni sanctus facerque esto, Leuit. 19.
121. Pars agri vel vineæ, messis vindemiæque tempore intacta relinquatur pauperibus Leuit. 19.
122. Idem fiat in loco oleis consito, Ibidem.
123. Oblivioni traditum pauperibus deseratur, Deut. 24.
124. Quod remanserit in arboribus, relinquatur pauperi & peregrino, Ibid, & Leuit. 19.
125. Idem sit de racemis tempore vindemiæ prætermisis, Leuit. 19.
126. Primitiæ frugum deferantur in Sanctuarij locum, Exod. 23. Deut. 18.
127. Separetur pars, quæ dicitur Teruma 4. elevatio, Sacerdoti, Leuit. 7. & Num. 15.
128. Seponatur decima prouentuum Leuitis, Num. 18. Leuit. 27.
129. Seponatur decima secunda comedenda Hierosolymis, Deut. 14, 26.
130. Leuitæ de decimis suis dent sacerdotibus, Num. 18, 24.
131. Separetur decimo tertio quóque anno & sexto pauperibus, &c. Deut. 14. & 26.
132. Confiteantur domino, qui offerunt decimas, Deut. 26.
133. Confessionem recitent, quæ scripta est de primitiis, Ibid.
134. Separetur pars consersionis sacerdoti, Num. 15.
135. Sinatur terra quiescere annis septimis, Leuit. 25.
136. Sacer esto annus Iubilei, qui & quinquagesimus, remissa agrorum cultura & sati- one, Leuit. 25.
137. Anno illo clangatur tubâ sive buccinâ, Ibid.
138. Tum ius esto redimendarum possesso- num, Ibid.
139. Ædium in vrbe mænibus cincta intra an- num redimendarum ius esto, Leuit. 25.
140. Numerantur anni iubileorum per septe- nos anons, Ibid.
141. Remittantur debita anno quoque septi- mo, Deut. 15.
142. Exigendi tamen ea ab externo, id est, Idolatria, ius esto, Ibid.
143. Munere è quolibet animante dentur sacerdoti

- sacerdoti armus dexter, Mandibula & Stoma- chus, Deut. 18.
144. Tonsionis ei dentur primitiæ, Ibid.
145. Quæstiones iuris & facti indicentur par- tim Deo, partim sacerdoti, Leuit. 4, 5. Deut. 17.
146. Prius iugulentur pecudes & aues, quæ comedantur, Deut. 12.
147. Sanguis cerui & similiū belluarum, i- temque volatilium in terram fundatur, terraq; obruatur, Deut. 11. Leuit. 17.
148. Captis pullis è nido mater emittatur Deut. 22.
149. Animalia terrestria in esum liceant, si no- tas in lege assignatas habent, Deut. 14. Leuit. 11.
150. Item volatilia, Ibid.
151. Item aquatilia, Ibid.
152. Item locustæ, ceteraque ancipitia, Le- uit. 11.
153. Sanctificantur Neomeniæ, Num. 10, 28.
154. Anni tantum numerentur in confessu a senatus majoris, sive sanctioris.
155. Cum quiete & otio celebretur Sabbathum, Exod. 20.
156. Sanctum sacrumque esto Sabbathum, Exod. 29.
157. Abiiciatur fermentatus panis die primo azymorum, Exod. 12. Deut. 16.
158. Prima nocte Paschæ prædicetur Exodus de Ægypto & liberatio de iugo Ægyptiorum, Exod. 13.
159. Panis azymus edatur nocte illa, Exod. 12. Deut. 16.
160. Primus dies Paschæ in quiete traduca- tur, Num. 28. Exod. 12.
161. Similiter dies eiusdem festi Septimus, Num. 28.
162. Numerentur quinquaginta dies à die ma- niciporum oblatorum, Leu. 23.
163. Quies sit die quinquagesimo, Ibid.
164. Item die primo mensis septimi, Ibid.
165. Decimo autem eiusdem mensis ieiuncu- tur, Ibid.
166. Dies ille ieiunij quieti deputetur, Ibid.
167. Quiescatur die primo tabernaculorum, Leuit. 23.
168. Item die octauo, Ibid.
169. Habitetur sub tabernaculis septem totis diebus, Ibid.
170. Illo die gestentur manibus palmæ, trés que alia fructuum species, Ibid.
171. Primo die anni, id est, primo die Septembris clangant buccinæ, festumque Tubarum celebretur, Leu. 23.
172. Detur dimidium sicli quolibet anno pro erario templi, Exod. 30.
173. Lex seruetur citra additionem vel detrac- tionem, Deut. 12.
174. b Audiat quilibet propheta tempore

- 204 Redarguatur proximus viis prauis in-
sistens, Leui. 19.
- 205 Diligatur proximus instar sui, Ibid.
- 206 Ametur peregrinus, Ibid. & Deu. 10.
- 207 Pondera iusta habeantur, Leui. 19. Deut. 20.
- 208 Sapientes honore afficiantur, Leuit. 19. Deut. 13.
- 209 Honor exhibeat parentibus Exod. 20.
- 210 Vnusquisque Patrem & Matrem timeat, Leuit. 19.
- a Leges de coniugii Beneditioem confunduntur cum precepto.*
- 211 Crescant & multiplicentur Gen. 1. & 9.
- 212 Sponsus immunis bello cum sponsa late-
tur annum vnum, Deut. 24.
- 213 Circuncidatur puer octavo die, Gen. 17. Leuit. 12.
- 214 Frater vxorem ducat fratris, ad fuscitan-
dum ipsi semen, Deut. 5.
- 215 Aut, vxor fratris ei ignominia causa cal-
ceos publicè extrahat, Ibid.
- 216 Qui vim pueræ intulerit, ipsam ducat in
vxorem, Deut. 22.
- 217 Qui traduxerit vxorem suam, ne possit
eam repudiare, Ibid.
- 218 Qui mulierum fecellerit, sit obnoxius le-
gibus scriptis, Exod. 22.
- 219 Captiva formosa iuxta conceptas in Scri-
ptura leges tractetur, Deut. 21.
- Leges da-
penis.*
- 220 Qui suspectam de pudicitia vxorem habet,
seruet ritum proditum, Num. 5.
- 221 Charta siue tabulis repudium detur, Deut.
22.
- 222 Sacerdos formulam repudij sibi præscri-
ptam seruet, Num.
- 323 Sontes pro commerito cedantur virgis,
Deut. 25.
- 224 Qui imprudenter aliquem interficerit,
exulet usque ad mortem summi pontificis, Nu-
m. 10. Ios. 20.
- 225 Senatus maior interficiendi gladio, ius
habeat, Exod. 21.

Affirmantium præceptorum finis,

b Stragi-
lentur.


Leges de
seruis.

Dedanis
nis.

De iudi-
ciis.

De Idolis
& corum
cultori-
bus.

PRÆCEPTA LEGIS MOSAICAE NEGANTIA.



to, Deut.

30 Ne sit falsus propheta in populo, Deut. 13; Leuit. 19.

*De Pseu-
do pro-
pheta ite-
rum.*

31 Ne ascultetur, qui vaticinatur Idoli nomi-
ne, Deut. 11.

32 Ne abstineas cæde Pseudoprophetæ Deut. 13 & 18.

33 Ne ambuletis in viis & ritibus Idololatra-
rum, Leuit. 18.

34 Ne exerceatur diuinatio lignorum frustulis,
quaæ appellatur **σφερα** Deut. 18.

35 Ne auguremini, Leuit. 19.

36 Ne diuinietis, Deut. 18.

37 Ne declinetis ad Magos, Leu. 19.

38 Ne consulatis ariolos, Deut. 18.

39 Ne denique sciscitemini vllum diuinaculo-
rum genus, Deut. 18. Leuit. 19.

40 Nemo cōsulat, vel euocet mortuos, Deu. 18.

41 Ne induat mulier viri habitum, Deut. 22.

42 Nec è conuerso vir fœmina, Ibid.

43 Characteres, notæ & stigmata ne inscal-
pantur in cute, vt moris est Idolorum cultori-
bus, Leuit. 19.

44 Nemo induat vestem lino lanaque contex-
tam, Deut. 22.

45 Ne tondeas comam in orbem, Leuit. 19.

46 Ne radas b angulos barbae, Ibid.

47 Ne incidas, neque facias caluitum super
mortuo, Deut. 14.

48 Ne in perpetuum habitat in terra Ægypti,
Deut. 17.

49 Ne sequaris cogitationes tuas & animi tui
sensa, Num. 15. Deut. 12.

50 Ne ineas fœdus cum septé Chananeorum
gentibus, Deut. 7, 17. 20.

51 Ne Idolorum misereare, Deut. 17. & 20.

52 Ne eos sinas tecum in terra tua commorari,
Exod. 23. Deut. 7.

53 Ne ducas ipsorum filias in vxores, Exod. 34.
Deut. 7.

54 Ammonitæ & Moabitæ ne ingrediantur in
Ecclesiam Domini, Deut. 23.

55 Ne abominantis idumeum, Deut. 23.

56 Ne abominantis Ægyptum, Deut. 23.

57 Ne exoptes pacem Ammonitis & Moabitis
Deut. 23.

58 Ne succidas eorum arbores, cum ciuitates
eorum oppugnabis, Deut. 20.

59 Ne timeas inimicos, tuos in prælio, Deut. 7.
& 20.

60 Ne obliuiscare eorum, quæ Dominus fecit
Amalechitis, Deut. 23. 25.

61 Ne blasphemetur nomen Dei, Qui secus
fecerit, interficiatur, Leuit. 24.

62 Ne peieres Dei usurpato nomine, Leuit. 19.

63 Ne iures in vanum, Exod. 20.

*De diui-
naculæ
sterum.*

*De cul-
tu et ha-
bitu cor-
poris.*

*b Super-
iorem &
inferior
em ma-
xillarum
extremi-
tatem.*

*Leges bel-
licæ.*

*De iura-
mento &
execra-
tione.*

1 Ne cogites alium Deum esse præter me,
Exod. 21. Dent. 4.

2 Ne habeas Deos alienos coram me, Exod. 20.

3 Ne conficias tibi sculptile, aut simulachrum
Ibid.

4 Neque conuertare ad Idola itemque deos
conflatiles, Leui. 19.

5 Ne conficiatis deos argenteos, neque au-
reos, hoc est vllam istiusmodi formam, elegan-
tiae & ornamenti gratiæ, Exod. 20.

6 Ne adores Idola, neque colas, Exod. 20.

7 Ne des de tuo semine, id est, vllum libero-
rum tuorum Idolo Moloch, Leuit. 18.

8 Pytho, qui ob dicitur, & diuinus, qui ἥψιτη, ne
consulantur, Deut. 13.

9 Nemo pythonicam exerceat, Leuit. 19.

10 Neque aliam artem diuinatoriam, quæ per-
tinet ad Ideonim, Ibid.

11 Ne respicias Idola, Deut. 4.

12 Ne erigas tibi statuam, Deut. 16.

13 Neque sculptum lapidem, Ibid.

14 Ne Plantæ lucum, aliquamve arborem pro-
pe altare, Ibid.

15 Per Idola iuramentum neque præsta, neque
recipe, Exod. 23.

16 Ne prodeat ex ore tuo nomen Idolorum,
Ibid.

17 Nemo aliquem sollicitet ad collenda Idola,
Deut. 13.

18 Talis suasor ne ametur, Ibid.

19 Imò vero ei ne parcatur, Ibid. & Deut. 18.

20 Ne remittantur erga eum inimicitiae, Ibid.

21 Qui ab eo fuerit deceptus, ne pro ipso vllam
rationem afferat, cuius causa possit euadere,
Ibid.

22 Sed nec occultet eum, in criminis ipsius
obtentum aliquid recitens, Ibidem.

23 Nemo abscondat Idolum, aliquidve, quod ad
ipsum pertineat, Deut. 17.

24 Ciuitas diris deuota ne iterum ædificetur,
Deut. 13.

25 Nemo aliquid è bonis illius interuertat,
Ibid.

26 Nullus ex Idolis utilitatis aliquid capiat.
Deut. 17.

27 Sed nec ex Idolorum cultoribus, Ibid.

28 Item nec è rebus quibuslibet ad Idola perti-
nentibus Ibid.

29 Ne peieretur, vel nomine Idolorum usurpa-

- 64 Verbum Domini ne tentes, Deut. 6. & vlt.
 65 Ne faciatis Domino Deo vestro, sicut Ido-
 lis, Deut. 12.
 66 Neque destruatis ædem Sanctuarij, aut li-
 bros legis, perinde atque tempa Idolorum &
 libros, Ibid.
 67 Ne pernoctet suspensus in patibulo, Deute-
 ronom. 21.
 68 Ne summoueantur custodiæ de Sanctuario,
 Leuit.
 69 Ne ingrediatur sacerdos omni hora in San-
 ctuarium, Leuit. 16.
 70 Macula affectus ne intret Sanctuarium, in-
 tra velum, vel ad altare, Leuit. 21.
 71 Multò minus ministret, Ibid.
 72 Leuitæ ne sumant sibi ministerium sacerdo-
 tum, nec contrà sacerdotes Leuitarum, Leuit.
 Num. 18.
 73 Ebrius ne ingrediatur Sanctuarium, Le-
 uit. 10.
 74 Alienigena, quique non fuerit de stirpe Sa-
 cerdotum, ne ministret in Sanctuario, Num. 18.
 75 Sacerdos contaminatus ne rem diuinam fa-
 ciat, Leuit. 21.
 76 Sacerdos, quo die à sua immunditia lotus
 fuerit ne ministret, Leuit. 22.
 77 Idem contaminatus ne ingrediatur atrium.
 Leuit. 21.
 78 Sed nec in cœtum Leitarum prodeat, Ibid.
 79 Ne ædificetur altare è lapidibus cæsis, Exod.
 20.
 80 Ne ascendatur ad altare gradibus, Ibid.
 81 Ne deficiat ignis in altari Leuit. 6.
 82 Ne incendatur holocaustum, vllave alia
 victimæ, sed nec Thymiana alterius composi-
 tionis, quam præscriptæ, in altari aureo, Exod.
 30.
 83 Ne imitemini confectionem sancti olei, Ibid.
 84 Veates ne extrahâtur de arcæ circulis, Exod.
 25.
 85 Ne vngatur extraneus oleo sancto, Exod. 30.
 86 Rationale siue oraculum ne separetur de su-
 perhumerali siue Ephod, ministerij tempore,
 Exod. 28.
 87 Foramen interula summi Sacerdotis, Item
 alij amictus Sacerdotales neque dissuantur,
 neque scindantur, Exod. 28. 29.
 88 Ne offeratur holocaustum quovis loco,
 Deut. 12.
 89 Ne immolentur consecrata extra locum do-
 minico cultui destinatum, Leuit. 17.
 90 Vitiata ad altare neque consecrantur, Le-
 uit. 22.
 91 Neque mactentur, Ibid.
 92 Sanguis victimarum maculatarum ne fun-
 datur in altari, Ibid.
 93 Intestina carundem ne cremenatur, Ibid.
 94 Animal affectum macula incurabili ne offe-
 ratur in sacrificium, Leuit. 22.
 95 Idem ne per manum quidem gentilis offe-
 ratur, Ibid.
 96 Ne de industria maculentur consecrata, Le-
- uit. 22.
 97 Fermentum & mel ne adoleantur, Leuit. 2.
 & 23.
 98 Ne fiat oblatio absque sale, Leuit. 2.
 99 Ne offeratur merces prostibuli, nec precium
 canis, siue animal commutatum pro cane, Deut.
 23.
 100 Ne immoletur bestia, eodem die, Leuit. 22.
 101 Quo catulus eius, Ibid.
 102 Ne ponatur oleum oliuarum in oblatione
 pro peccato, Leuit. 5.
 103 Sed nec in oblatione Zelotypiae, Num. 5.
 104 Oleum oliuarum ne mittatur super vllam
 auem, Num.
 105 Ne ponatur thus super hostia pro peccato,
 Leuit. 5.
 106 Ne commutentur consecrata præstantiora
 cum deterioribus, nec è diuerso, Leuit. 27.
 107 Ne commutentur consecrata diuersarum
 oblationum inter se, Leu. 27.
 108 Ne redimatur primogenitum bestiæ mun-
 dæ, Num. 18.
 109 Ne vendatur decima bestiarum, Leuit. 27.
 110 Ne vñeat ager Deo consecratus, Leuit.
 111 Idem ne redimatur, Ibid.
 112 Avis in sacrificio ne sic discerpatur, quin
 caput corpori hæreat, Leuit. 1.
 113 Nemo vtatur in suis vñis sanctificatis,
 Exod. 30. Deut. 15.
 114 Ne ares cum primogenito bouis tui, &c.
 Deut. 15.
 115 Ne edantur carnes sanctificatae, quæ reli-
 ctæ fuerint vñque ad manæ, Exod. 19.
 116 Ne comedas primogenita ouium tuarum,
 Num. 18.
 117 Ne immoletur agnus Paschalis, antequam
 fermentatum abiciatur, Exod. 34.
 118 Nihil è membris ipsius agni relinquatur,
 Ibid.
 119 Sed nec aliquid è carnibus, Ibid. Deut. 16.
 120 Nihil remaneat ex adipe ipsius in diem ter-
 tium, Exod. 13.
 121 Nihil sit reliquum è carne agni secundi Pas-
 chalis, ipso manæ, Num. 9.
 122 Nihil quoq; de carne pacificorum ad ipsum
 vñque manæ supersit, Deut. 16.
 123 Ne frangatur os primi agni Paschæ, Exo. 12.
 124 Sed nec secundi, Num. 9.
 125 Caro agni Paschalis ne importetur in aliam
 domum, vel contubernium, Exod. 12.
 126 Ne remaneat aliquid de fermento, Ibid. &
 Leuit.
 127 Pascha ne comedatur vel crudum, vel eli-
 xatum, Exod. 12.
 128 Alienigena eo ne vescatur, Ibid.
 129 Sed nec Hebræus Apostata, idolorumque
 cultor, Ibid.
 130 Contaminati ne vescantur consecratis,
 Leuit. 22.
 131 Ne a comedantur consecrata, quæ aliquid
 contaminatum attigerint, Leuit. 7.
 132 Sed nec eorum reliquæ, Ibid.

^a Prece-
 pium è 7.
 Leuit. 11.
 hiur à
 simili.

- 133 Contaminata ne edantur, Leu. 7.
 134 Externus ne edat Teruma, Leuit. 22.
 135 Sed nec inquilinus Sacerdotis.
 136 Sed nec eius domesticus, Ibid.
 137 Contaminatus ne eo quoque esu vtatur,
 Ibid.
 138 Filia Sacerdotis alicui elocata, res conse-
 cratas ne gustet, Leuit. 22.
 139 Sacrificium pro Sacerdote ne edatur, Le-
 uit. 6.
 140 Carnes hostiæ pro peccato ne edatur, Ibid.
 141 Ne comedantur victimæ consecratae, quæ
 dedita opera commixtæ fuerint, Leuit. 2.
 142 Nemo vescatur decima secunda panis ex-
 tra murum Hierusalem, Deut. 12.
 143 Item decima secunda vini, Ibid.
 144 Item decima secunda olei, Ibid.
 145 Item primogenito integræ & perfectæ, Ibid.
 146 Sacerdotes ne edant hostiam pro peccato
 extra atrium Sanctuarij, Deut. 21.
 147 Sed nec hostiam pro delicto, Ibid.
 148 Ne edantur carnes holocausti, Deut. 12.
 149 Ne edantur carnes consecratae antequam
 effundatur sanguis, Deut. 21.
 150 Alienigena ne degustet cōflectata, Leuit. 21.
 151 Ne comedat sacerdos primitias, priusquam
 importentur in atrium, Deut. 12. & 18.
 152 Ne comedatur decima secunda cum im-
 munditia, in Hierusalem, antequam redimatur.
 Deut. 26.
 153 Ne comedatur decima secunda in luctu, id
 est, die mortis parentum, Ibid.
 154 Ne expendatur pretium decimæ secundæ
 in vñs funeris, sed cibi & potus, Deut. 26.
 155 Fructus nondum decimatus ne comedatur
 Leuit. 22. 23.
 156 Ne præponatur ^a Teruma primitiis, nec de-
 cima prima Teruma, nec decima secunda prime,
 sed ordine se ponantur primùm primitiæ, deinceps
 de Teruma, tum decima prima, denique secunda,
 Exod. 22.
 157 Ne differas vota reddere, Leuit. 23.
 158 Ne ascendas ad festa solennia absque obla-
 tione, Exod. 23. Deut. 16.
 159 Nemo transgrediatur ea, ad quæ se se ob-
 strinxit, Num. 30.
 160 Ne ducat Sacerdos scortum in matrimo-
 nium, Leuit. 21.
 161 Nec repudiata, Ibid.
 162 Nec viciatam, Ibid.
 163 Sed nec viduam, modo fuerit sacerdos sum-
 mus, Ibid.
 164 Sacerdos ne intret Sanctuarium vestibus
 lateris, Leuit. 21.
 b Noster
 interpres
 caput su-
 um non
 disco ope-
 rat.
 165 Sed nec capillis malè compositis & gran-
 dioribus, qui scilicet nō fuerint singulis octonis
 diebus detonsi, Leuit. 21.
 166 Summus pontifex ne exeat attium cultus
 diuini tempore, Leuit.
 167 Ne co contaminetur pontifex maximus alie-
 norum mortuorum funere, Leuit. 21.
 168 Sed nec proquinorum, Ibid.

^b De dele-
 cito cibo-
 rum.

^c Excipi-
 piens san-
 guinem
 pīsum.

^d Nazar-
 eans.

- 169 Idem ne ingrediatur domum, vbi iacet ca-
 dauer, Ibid.
 170 Tribus leuina ne habeat sortitionem in
 terra, Leuit. 25.
 171 Sed nec accipiat partem spolioram, cum in
 terram intrauerit, Ibid.
 172 Ne fecentur erines in funeribus, Deut. 14.
 173 Nemo edat buelliam immundam, Leuit. 11.
 Deut. 14.
 174 Nec pīcē immundum, Ibid.
 175 Nec immundam voluerem, Ibid.
 176 Nec reptile alatum gradiens quatuor pe-
 dibus, vt apem, &c. Ibid.
 177 Nec quadrupes, quod graditur manibus.
 Ibid.
 178 Nec reptile cuiuscunque generis, Ibid.
 179 Nec vermes è fructibus enascētes in aërem
 que subvolantes, Ibid.
 180 Nec aquatilia carentina pinnis & squam-
 mis, Ibid.
 181 Ne comedant vllam morticinij carnem,
 Deut. 14, Exod. 22.
 182 Ne vescātur bestia in agro discerpta, Exod.
 22.
 183 Nec membro animalis adhuc viuentis, Gen.
 9.
 184 Nec neruo foemoris, Gen. 32.
 185 Nec sanguine, Leuit. 7.
 186 Nec armina, siue adipe bouis, ovis, capræ,
 &c. sponte separabili, Leu. 7.
 187 Ne comedant carnem cum lacte, Exod. 23.
 188 Ne coquant carnem lacte matris, Exod. 23.
 189 Ne edant carnes animantis lapidibus strati,
 Exod. 21.
 190 Ne gustent panem nouitium ante Pascha,
 Leuit. 23.
 191 Nec grana igni torrefacta, & manuum per
 frictione decorticata, Ibidem.
 192 Sed nec pulles è granis pilo, mola, aliōve
 modo communitis, Ibid.
 193 Ne comedant fructum arborum nouella-
 rum tribus primis, Leuit. 19.
 194 Ne manducetur fementis viti permixta,
 Leuit. 23.
 195 Sed nec vinum inde expressum, Ibid.
 196 Sed nec sic edant & bibant qui comeſſa-
 tioni & crapulæ indulgent, Deut.
 197 Ne quisquam gustent die expiationum,
 Leuit. 23.
 198 Ne gustent fermentū in paschate, Exod. 13.
 199 Imo verò neque rem fermentato com-
 mixtam, Exod. 12.

- 200 Idque ab ipso meridie, Deut. 16.
 201 Sed nec appereat ab illo tempore ferme-
 natum, Ibid.
 202 Ne in domibus quidem, Ibid.
 203 In domibus ante absolutò pascha ferme-
 natum ne inueniatur, Ibid. Exod. 12.
 204 Nazareus neque vinum neque aliquid è
 vite bibat, Num. 6.
 205 Nec edat vuas, Ibid.
 206 Etiamsi passæ siccæque fuerint, Ibid.

De agris.

- 207 Ne edat earum corticem, Ibid.
 208 Neque acinos, Ibid.
 209 Ne contaminetur super mortuo, Ibid.
 210 Neque ingrediatur domum, vbi iacuerit mortuus, Ibid.
 211 Ne tondeat crines, Ibid.
 212 Ager totus ne metatur, Leuit. 19.
 213 Ne recolligantur spicæ remanentes, Ibid.
 214 Eadem ratio racemorum in viti remanentium, Ibid.
 215 Manipulus oblinione derelictus ne recolligatur, Deut. 24.
 216 Ne seminetur vna in artus semina diuersorum generum, Deut. 22.
 217 Diuersa quoque in vineis ne ferantur, Ibid.
 218 Ne committantur diuersa genera animalium, Leuit. 19.
 219 Diuersæ animalium species ne arent simul, Deut. 22.
 220 Ne alligetur os bouis trituantis, Deut. 25.
 221 Ne colatur tellus annos septimo, Leuit. 25.
 222 Neque vinea, Ibid.
 223 Ne metantur fructus arborum vinearum eodem anno, Leuit. 25.
 224 Ne carpantur fructus arborum eiusdem anni septimi, Ibid.
 225 Anno Iubilei neque areretur, Leuit. 25.
 226 Neque metatur, Ibid.
 227 Neque fructus colligantur, Ibidem.
 228 Ne vendantur possessiones vel agri in terra Israël in perpetuum, sed Iubilei anno ad pristinum possessorem reuertantur, Leuit. 25.
 229 Ne commutentur cum aliis possessiones Leuitarum, Ibid.
 230 Ne dereliquerunt Leuitæ, Deut. 12.
 231 Ne exigantur debita septimo anno, Deut. 15.
 232 Ne desinas dare mutuum pauperi, quod instet annus septimus, Deut. 15.
 233 Ne obdurescito, quin beneficias pauperi, Deut. 15. & 24.
 234 Hebræum seruum vel ancillam ne dimittito vacuos, Deut. 15.
 235 Ne exigo mutuum à debitore quem non esse soluendo intellexeris, Exod. 22.
 236 Fœnore, neque des, Leuit. 25.
 237 Neque accipias, Deutero. 15. Exod. 23.
 238 Nemo sit medius inter dantem fœnore & accipientem, Exod. 22.
 239 Nullus fiat fideiussor vel testis inter eos, Ibidem.
 240 Ne remaneat merces mercenarij apud aliquem in castrinum Deut. 24.
 241 Ne accipiatur pignus à debitore per vim, Deut. 24.
 242 Neque retineatur cum ipsi fuerit necessarium, Ibid.
 243 Pignus ne accipiatur à vidua, Ibidem.
 244 Ne pignori accipientur res ad victum necessariae, Ibid.
 245 Ne pigneretis molas, Ibid.
 246 Ne fureris homines, Exod. 20. & Deut. 24.

De possessiōnibus.

de officiis charitatis.

De seruis.

De munitione & viciis.

De pignoribus.

De furis.

- 247 Ne fureris pecuniam, Leuit. 19.
 248 Ne aliquid rapias vel deprederis, Ibid.
 249 Ne transferas terminos, Deut. 19.
 250 Ne peierato pro pecunia apud te deposita, Leuit. 19.
 251 Ne decipias proximum emendo vel vendendo, Leuit. 25.
 252 Neque fallas eum verbo, Ibid.
 253 Peregrinum neque verbo Exod. 22.
 254 Neque mercando decipias, Ibidem.
 255 Ne opprimas proximum, Leuit. 19.
 256 Neque ei pecuniam ipsius deneges, Ibid.
 257 Ne restituatur domino seruus, qui euaserit in terram tuam, Deut. 16. 23.
 258 Ne seducatur talis seruus, Exod.
 259 Ne afflige orphanum & viduam, Exod. 22.
 260 Ne tales seruitutem seruiat Hebreus, quem Chananeus, Leuit. 25.
 261 Ne venundent seruum Hebreum perinde atque alium, Leu. 25.
 262 Ne eum sibi seruire cogant, Ibid.
 263 Ne dimittant seruum externum pro eo qui se vendidit, Exod.
 264 Ne vendant alteri seruā Habræam, Exo. 21.
 265 Ne subducant ei necessaria, & potè victum, vestitum ac coitum, Ibid.
 266 Captiuam elegantē ne venundet, Deut. 21.
 267 Ne opprimatur quasi serua, Ibid.
 268 Nemo concupiscat rem proximi, Exod. 20.
 269 Ne gustent opera de fructu, qui adhuc est in arbore vel in canna, Deut. 23. Leuit. 19.
 270 Ne immitas falcem in messem alterius, Deut. 23.
 271 Ne carpant opera fructum alium quam quem tunc edent, Ibid.
 272 Rem amissam nemo celet, Leuit. 22.
 273 Nemo iumentū sub onere deserat, Deut. 22.
 274 Mensuram & Stateram iisque nemo habeat, Deut. 25.
 275 Sed nec duas mensuras, quarum una sit minor altera, Ibid.
 276 Iudicium iniustum ne feratur, Leuit. 19.
 277 Iudex ne recipiat precium vel munera, Num. 35. Deut. 16.
 278 Ne honore afficiat potentiores, in iudicio, Deut. 1. II. Leu. 19.
 279 Iudex ne mutuat prauum hominē, Deut. 19.
 280 Ne misereatur pauperis in iudicio, Exo. 23. Leuit. 19.
 281 Ne peruerterat iudicium hominis improbi, Deut.
 282 Ne misereatur eius, qui damna dedit multa, Deuteronom.
 283 Ne peruerterat iudicium peregrini & pupilli, Deut. 24.
 284 Ne audiat patronum vnum nisi præsente aduersario, Exod.
 285 Ne sequatur maiorem partem in damnatione capitii, Exod. 23.
 286 Nemo testificetur, vbi iam falsum testimoniū dixerit, Exod.
 287 Nemo designetur iudex, nisi tenet legis

Defraudebus.

Deseruis iterum.

De legibus charitatis.

De Indicis.

Defestorū celebrazione.

- sententiam, Exod. 18.
 288 Nemo falsum testimonium dicat contra proximum, Exod. 20.
 289 Impius ne dicat testimonium, Exod. 23.
 290 Sed nec coniunctus sanguinis necessitate, Deut. 24.
 291 Ne pronuntietur sententia è testimonio vnius, Deut. 13. & 19.
 292 Innocens ne interficiatur, Exod. 23.
 293 Ne ius dicatur è coniecturis, Exod.
 294 Iustum non interficies, Exod. 23.
 295 In iudicio capitii idem ne sit iudex & testis, Ibid. Num.
 296 Ne interficiatur reus mortis, nisi damnatus à republica vel senatu, Num. 25.
 297 Nemo misereatur insidiatoris, Deut. 19.
 298 Ne calumniam struant oppresso, Num. Leuit. 19.
 299 Ne accipiant precium, à fonte neci obnoxio, Num. 35.
 300 Sed nec ab illo, qui debet exultare in civitate asyllo destinata, Ibid.
 301 Nemo sit contra sanguinem proximi, Leuit. 19.
 302 Nemo ponat offendiculum ante ignorantem, Ibid.
 303 Sed nec ante cæcum, Ibid.
 304 Nullus pluribus plagi cædatur, quamquam quæ lege præscribuntur, Deut. 25.
 305 Nemo sit susurro & clandestinus calumniator, Leuit. 19.
 306 Quisquam fratrem neque odio habeat, Ibidem.
 307 Neque rubore suffundat, Ibid.
 308 Neque de eo vltionem sumat, Ibid.
 309 Neque inimicitias ei seruet, Ibid.
 310 Nemo comprehendæ matrem cum pullis, Deut. 22.
 311 Ne tondeantur crines scabiosi, Leuit. 13.
 312 Ne abradantur signa lepræ, Ibid.
 313 Neque colatur, neque seratur locus, in quo cæsa fuerit vitula, Deut. 24.
 314 Sponsus ne teneatur primo anno ad ea, ad quæ populus, Deut. 24.
 315 Magus ne in vita conseruetur, Exod. 22.
 316 Nemo se se opponat decretis sanctioris senatoris, Deut. 17.
 317 Præceptis legis neque addatur, Deut. 4. 12.
 318 Neque detrahatur, Ibid.
 319 Iudici ne maledicatur, Exod. 22.
 320 Sed nec cæteris Ibid.
 321 Ne maledicas surdo, Leuit. 19.
 322 Ne maledicat filius patri, aut matri, alioquin interficiatur Exod. 21.
 323 Nemo feriat patrem aut matrem, alioqui, &c. Ibidem.
 324 Principi populi tui ne maledixeris, Ibid.
 325 Nullum opus geratur in sabbato, Exod. 35.
 326 Nullum seruile primo die paschæ fiat, Leuit. 23.

- 327 Et septimo, Ibid.
 328 Nullum prætereà seruile die Pentecostes, Exod.

- 329 Et die primo, itemque decimo quinto mensis septimi, Leuit. 23.

- 330 Et die Tabernaculorum primo, Ibid.

- 331 Itemque octavo, Ibid.

- 332 Nihil planè fiat die expiationum, Leuit. 23.

- 333 Ne reuelas turpitudinem matris, Leuit. 18.

De coitibus ne fandis.

- 334 Neque nouercæ, Ibid.

- 335 Neque Sotoris, Ibid.

- 336 Neque amitæ, & auia, Ibid.

- 337 Neque heptis, siue illa nata sit è filio, Ibid.

- 338 Siue è filia tua, Ibid.

- 339 Neque priuignæ, Ibid.

- 340 Neque filiæ priuigni, Ibid.

- 341 Neque patruæ, Ibid.

- 342 Neque materteræ, Ibid.

- 343 Neque vxoris patru, Ibid.

- 344 Neque narus, Ibid.

- 345 Neque fratriæ, Ibid.

- 346 Neque Sororiæ, Ibid.

- 347 Neque mulieris menses suos patientis Leuit.

- 348 Neque mulieris coniuratæ, Leu.

- 349 Nemo coëat cum iumento, Leuit. 18.

- 350 Neque cum masculo, Ibid.

- 351 Nemo reuelat turpitudinem patris, Ibid.

- 352 Neque patru, Ibid.

- 353 Sed nec committat eorum aliquid, quibus possit trahi in adulterium, incestum, & aliquid simile, tametsi ea non exequatur, Leuit.

- 354 Nulla nubat sputio, Leuit.

- 355 Spurius ne ingrediatur ecclesiam Domini, Deut. 23.

- 356 Ne sit meretrix è filiabus Israël, Deut. 13.

- 357 Qui semel aliquam repudiauerit, ne eam ducat in vxorem, etiam marito mortuo, Deuteronom. 24.

- 358 Vxor fratri absque prole defuncti, ne nubat alteri, quam fratri superstiti, Deut. 25.

- 359 Raptor ne dormiat cum rapta, Leuit.

- 360 Ne dimittat vxorem suam, qui eam falso traduxerit, Leuit.

- 361 Ne euirerat masculum cuiuscunque speciei, Leuit.

- 362 Eunuchus ne matrimonium ineat, Leuit.

- 363 Ne creetur Rex, vel Magistratus, qui sit alienigena, Deut. 17.

- 364 Ne multiplicet Rex equos, vel vxorem, Ibid.

- 365 Ne coaceruet aurum aut argentum, Ibid.

*Præceptorum Mosaicorum Finis, ex interpretatione G. Genebrardi
Theologi Parisiensis.*

DEO LAVS, HONOR,
& gloria.

INDEX RERUM ET VERBORVM
LITERA A, PRIOREM COLVMNAM
CONNOTAT: B. POSTERIOREM.

- A**aron pontif. 71.a.79.b. Abraham seruos Dei, amicus Dei, dilectus
Aarons histori. 81.a. Dei, inter Chananaeos inuocans nomen
Aaron ben, Aser, Jacob ben Ne- Dei palam & publice sacrificans, susci-
phtali fuere punctatoru prin- piens circuncisionem. 41.b
cipes. 41.b. Abraham inuenit sacras literas, & linguam
Aaron Saracenorū dux multa mala Chri- sanctam, Occasionem præbuit Græcis vt
stianis inferr. 517.b. haberent literas. 44.a
Abacuc propheta in Chaldeos vaticinatur 141.b. Abraham populi Dei sator. 12.a
Abacuc pontifex. 148.a. Abraham initium fidei nostræ, & pater cte-
Abagarus Mesopotamiæ rex. 218.a dentium in Vr. vrbe Chaldeorum nascitur
Abailardus, Alardus, Bailardus, Britanus 41.b
haereticus, summus philosophus, &c. 611.b. Abraham eijsque posteri multa obtulit edo-
Abbarus Arabum rex. 219.b. ctsus e libris Henoch. 14.a
Abbas Ezia, Iehuda Leuites. 614.a. Abraham accepit repetitam promissionem
Abbas Laicus monachis praefectus. 570.a. de venturo femine 43.b quinque, præci-
Abbas Vspergensis. 636.a. puè promissa sunt.
Abdaстartus rex Tyri, filius Baleastarti. 120.a. Abraham genuit in Gerias Isaac. 39.a
Abderamen Hispaniæ Miramolinus factus 551.a. Abraham discere potuit à Noë omnem re-
est. 551.a. rum diuinarum humanarumque sapien-
Abdis filius Ioannis de domo Martia, in Ti- tiam, fidem, religionem, traditionem, &
gri flumine, Romam venit vt confirmare- historiam. 15.b
tur. 738.a.744.a. Abraham diues armentis, auro & argento,
Abdias propheta 123.a. vaticinatur in Idu- speculum omnium vitæ institutorum,
mæos. 123.b. mancipiis locuples emptitiis vernaculis,
Abdis Patriarcha in Assyria Orientali Ro- alienigenis. 42.a
mata venit vt confirmaretur. 42.a. Abraham vicit quatuor reges cum suis ver-
Abdon de tribu Ephraim. 97.a. naculis. 42.a
Abel anno mundi trigessimo nascitur, centre- Abrahamum viderunt omnes patriarchæ se-
simo occidit. 8.a. cundæ ætatis. 39.b
Abel fuit primus pastor ouium. 15.b. Abraham fratres minores fuerunt Nachor &
Abel alendorum pecorum artem primus in- Haram. 36.b
uenit. 8.a. Abraham replenit omnia facillis & altati-
Abel prima prædestinatorum forma. 9.b. bus. 41.b
Abel mortuorum primus. ibid. Abraham quinquaginta annis præfentia
Abel primus litauit Deo edoctus à patre. 8.a. Noë fruatur. 15.a
9.b. Abraham tempore multa regna exorta me-
Abel, virgo, sacerdos & martyr à fratre inter- morantur. 39.b.43.b.51.b
ficitur in agro Damasco. ibid. Abraham inter idololatras numeratur. 41.b
Abelis caedes secundum fuit in terris homi- Abraham primogenitus fuit Thara. 36.b
num scelus. 9.b. Abraham à Melchisedech benedictionem &
Abeloitarum hæresis. 436.a. communionem accepit. 39.a.40.a.41.b
Abellardus monasticam vitam professus est, Abraham descendens in Aegyptum mathe-
seriò conuersus & sancte mortuus. 1614.a. mat. ca sacerdotib. tradit. Libros scripsisse
Abenroes, sive abenrois. 614.a. dicitur. 42.a.43.b.44.a
abesan de tribu Iuda Bethleemita. 96.b. Abraham moritur, Iacob agente decimum
abesan dicunt esse Beos, cui nupsit Ruth. 46.a. quintum annum. 41.a
Abia rex Iudæ quartus, prius fuit. 121.a.b. S. Abraham Aethiopiz prætosus. 451.b
Abiasaph filius Core. 71.b. Abraham & Azba fratres Aethiopiz impe-
Abiathar pontifex. 106.b.108.a. rium suscipiunt, defensores Christianæ
Abibalus rex Tyri, pater Hiram. 120.a. religionis & illustratores fidei cognomi-
Abilinæ tétrarcha. 217.b. nantur. 451.b
Abimahel filius Loctan. 35.a. Absander Athen. sextus decennalis princeps.
Abimelech Gedeonis filius spurius 40.a. 142.b
tres suos legitimos occidit. 92.a.a. Abstinētia à suffocato & sanguine. 7.b
Abimelech filius Abiathar. 108.a. Abstinēendum carnium esu. 26.a
Abimelech pontifex. 121.a.122.a. Abuna Marcus, summus Aethiopum pa-
Abisue pontifex. 81.a.92.b. triarcha, aenumagens 150. vegeto adhuc
Abominatio, sunt idola, & impii cultus. 218.a. animo & corpore. 715.b
Aborigines in Italia 97.b. Abusus multi irepſere in ecclesiam negli-
Aborigines appellati sunt qui primi Euro- gentia episcoporum. 547.b
pam habitarunt. 82.a. Alydenus à Cytillo contra Julianum produ-
Aborigines Britanni. 443.a. ctus. 24.a
Abortui senatores. 340.a. Abyla fuit episcopus Priscillianus. 431.b
Abram & Adakana Aethiopiz reges. 472.b. Abylinam Lysianas consequitur. 210.a
Abraham egredi è patria sua iubet Deus. 41.b. Abillina lingua apud Aethiopes lib. Henoc.
Academia Lutetiana à S. Ludouico restitu- extant. 14.a
Academia Catabrigensis in Anglia institui- tur. 643.b
Achæus Tauri rex 48.a
Achæorū dux primus Gerineus. 269.b.271.b
Achaicum bellum ob legatos Corinthi vio- latos 304.a
Achab Israëlitarum rex 123.a
Achab de tribu Ephraim. 150.a.151.b
Achab, ducta Iezabel, idola gentium intro- duxit, arque nouas superstitiones iauexit. 154.a.b
Achas rex Iuda 15. decennis genuit Ezechiam 135.a.b
Achas decimo anno gignit Ezechiam 38.a
Achaz primus regum Iuda religione palam eiuravit, & in synagogas hæresim, pere- grinorumque deorum cultum intulit.
Accessio ad Salomonis vestibulum adiun- cta, vsque adeo sumptuosa, vt totius orbis miraculum videretur 206.a
Acciniacense concilium 543.a
Accius 612.a
Accius Florentinus, primus vniuersi juris glossator 641.b
Acephalorum hæresis 444.a.447.b
Achimaes pontifex 120.b
Achimelec 101.a
Achitob pontifex 103.b
Achitob Heli successit ibid.
Acrostichis versuum Sibyllæ, Ioseph, Xerxes
9ες ιως, πονηρος, σαυρος. 216.a
Acta Apostolorum Lucæ 217.b
Acteon à suis canib discipitur. 91.b
Actiacum ultimum bellum ciuile. 336.a
Actium Epri promontorium ibid.
Adam Syrorum rex 123.b
Adam eodē die quo fuerat procreatus, trans- gressus est, ideo Christus sexto die conce- ptus est & passus, vt eius lapsum repararet 4.a
Adam ad extremum diei sexti Deus è limo fingit, eique è nihilo mente infundit 41.b
Adam tanquam creaturarum omnium finis & possessor productur 4.a
Adā in agro Damasco producitur 4.a.8.a
Adam astu satanæ peccans poenitentiam egit. 4.2.7.b
Adam moritur annos natus 930.16.a
Adam patrem finixerunt profani, eum primū hominem fuisse ignorantes 5.b
Adam humani generis sator, patens atque o- rigo 5.b
Adam Hebraicè hominem sonat, vnde de nomine speciei appellatus est. ibid.
